

PD Dr. Johannes Breuer

JOHANNES GUTENBERG
UNIVERSITÄT MAINZ



Darf man darüber Witze machen?

Zum Humor am Ende der römischen Republik

Studium Generale WS 2019/20

26.11.2019

Literaturhinweise:

Stephen Halliwell: Greek Laughter. A Study of Cultural Psychology from Homer to Early Christianity, Cambridge 2008.

Mary Beard: Laughter in Ancient Rome. On Joking, Tickling, and Cracking up, Berkeley 2014.

GLIEDERUNG

1. Die Rolle des Humors in der Rhetorik:
Cicero, *De oratore*
2. Ciceros eigener Humor
3. Diskussionen über die Grenzen des Witzes
in Horazens *Satiren*

Cicero, *De oratore*

- publiziert 55 v. Chr.
- Dramatisches Datum: 91 v. Chr.
- Wichtige Personen:
 - Lucius Licinius Crassus
 - Marcus Antonius
 - Gaius Iulius Caesar Strabo

Cicero, *De oratore* 2,216-218 (ed. A.S. Wilkins)

„[...] in quibus tu longe aliis mea sententia, Caesar, excellis; quo magis mihi etiam aut testis esse potes nullam esse artem salis aut, si qua est, eam tu potissimum nos docere.“ 217. „Ego vero,“ inquit „omni de re facilius puto esse ab homine non inurbano, quam de ipsis facetiis disputari. Itaque cum quosdam Graecos inscriptos libros esse vidissem de ridiculis, non nullam in spem veneram posse me ex eis aliquid discere; [...] sed qui eius rei rationem quandam conati sunt artemque tradere, sic insulsi exstiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur; 218. qua re mihi quidem nullo modo videtur doctrina ista res posse tradi. Etenim cum duo genera sint facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve, illa a veteribus superior **cavillatio**, haec altera **dicacitas** nominata est.

Cicero, *De oratore* 2,220-222 (ed. A.S. Wilkins)

Quid in omni oratione Crassus vel apud centum viros contra Scaevolam vel contra accusatorem Brutum, cum pro Cn. Plancio diceret? Nam id, quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est omnium sententia concedendum; non enim fere quisquam reperietur praeter hunc in utroque genere leporis excellens: et illo, quod in perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est. 221. Nam haec perpetua contra Scaevolam Curiana defensio tota redundavit hilaritate quadam et ioco; dicta illa brevia non habuit; parcebat enim adversari dignitati, in quo ipse conservabat suam; quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea, quae occurrunt, cum salsissime dici possunt, tenere; itaque non nulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur; 222. dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam **bona dicta** teneat; haec scilicet bona dicta, quae **salsa** sint [...].

Cicero, *De oratore* 2,236-239 (ed. A.S. Wilkins)

Locus autem et regio quasi **ridiculi** – nam id proxime quaeritur – turpitudine et deformitate quadam continetur; haec enim ridentur vel sola vel maxime, quae notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. [...] 237. Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est [...]. Nam nec insignis improbitas et scelere iuncta nec rursus miseria insignis agitata ridetur: facinerosos [enim] maiore quadam vi quam ridiculi vulnerari volunt; miseros inludi nolunt, nisi se forte iactant; parcendum autem maxime est caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. 238. Haec igitur adhibenda est primum in iocando moderatio; itaque ea facillime luduntur, quae neque odio magno neque misericordia maxima digna sunt; quam ob rem materies omnis ridiculorum est in eis vitiis, quae sunt in vita hominum neque carorum neque calamitosorum neque eorum, qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; eaque belle agitata ridentur. 239. Est etiam deformitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad iocandum; sed quaerimus idem, quod in ceteris rebus maxime quaerendum est, quatenus [...].

Cicero, *De oratore* 2,242-244 (ed. A.S. Wilkins)

Atqui ita est totum hoc ipso genere ridiculum, ut cautissime tractandum sit; mimorum est enim et ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas. Orator surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiet, cogitet plura quam videat; praestet idem ingenuitatem et ruborem suum verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda. [...] 244. In dicto autem ridiculum est id, quod verbi aut sententiae quodam acumine movetur; sed ut in illo superiore genere vel narrationis vel imitationis vitanda est **mimorum** et **ethologorum** similitudo, sic in hoc **scurrilis** oratori dicacitas magno opere fugienda est.

Cicero, *De oratore* 2,245f. (ed. A.S. Wilkins)

Pusillus testis processit. „Licet“ inquit „rogare?“ Philippus. Tum quaesitor properans „modo breviter.“ Hic ille „non accusabis: perpusillum rogabo.“ Ridicule. Sed sedebat iudex L. Aurifex brevior ipse quam testis etiam: omnis est risus in iudicem conversus; visum est totum scurrile ridiculum. Ergo haec, quae cadere possunt in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia; 246. ut iste, qui se vult dicacem et me hercule est, Appius, sed non numquam in hoc vitium scurrile delabitur. „Cenabo“ inquit „apud te,“ huic lusco familiari meo, C. Sextio; „uni enim locum esse video.“ Est hoc scurrile, et quod sine causa laccessivit et tamen id dixit, quod in omnis luscis conveniret; ea, quia meditata putantur esse, minus ridentur [...].

Cicero, *De oratore* 2,247 (ed. A.S. Wilkins)

Temporis igitur ratio et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia et raritas dictorum distinguunt oratorem a scurra, et quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus aliquid, illi totum diem et sine causa. Quid enim est Vargula adsecutus, cum eum candidatus A. Sempronius [sc. Musca] cum M. fratre suo complexus esset „puer, abige muscas“? Risum quaesivit, qui est mea sententia vel tenuissimus ingeni fructus.

Cicero, *De oratore* 2,265 (ed. A.S. Wilkins)
cum Sex. Titius se Cassandram esse diceret,
„multos“ inquit Antonius „possum tuos
Aiaces Oileos nominare.“

Literaturhinweis:

Roland Schimmel: Juristische Klausuren und Hausarbeiten richtig formulieren, 7., überarb. und erw. Aufl., Köln 2008.

Cicero, *In Verrem* 2,1,121 (ed. G. Peterson)

Hinc illi homines erant qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore; quorum alii, id quod saepe audistis, negabant mirandum esse **ius** tam nequam esse **verrinum** [...].

Plutarch, *Cicero* 27 (ed. K. Ziegler)

Τὸ μὲν οὖν πρὸς ἐχθροὺς ἢ πρὸς ἀντιδίκους
σκώμασι χρῆσθαι πικροτέροις δοκεῖ
ῥητορικὸν εἶναι· τὸ δ' οἷς ἔτυχε
προσκρούειν ἔνεκα τοῦ γελοίου πολὺ
συνῆγε μῖσος αὐτῷ [= Κικέρωνι].

Plutarch, *Cicero* 50/*Synkrisis* 1 (ed. K. Ziegler)

ὁ μὲν γὰρ Δημοσθενικὸς [sc. λόγος] ἔξω παντὸς ὠραϊσμοῦ καὶ παιδιᾶς εἰς δεινότητα καὶ σπουδὴν συνηγμένος [...]. Κικέρων δὲ πολλαχοῦ τῷ σκωπτικῷ πρὸς τὸ βωμολόχον ἐκφερόμενος, καὶ πράγματα σπουδῆς ἄξια γέλωτι καὶ παιδιᾶ κατειρωνευόμενος ἐν ταῖς δίκαις εἰς τὸ χρεῖῳδες, ἠφείδει τοῦ πρέποντος [...]. δοκεῖ δὲ καὶ γέλωτος οἰκεῖος ὁ Κικέρων γεγονέναι καὶ φιλοσκώπτῃς, τό τε πρόσωπον αὐτοῦ μειδίαμα καὶ γαλήνη κατεῖχε· τῷ δὲ Δημοσθένους ἀεὶ τις ἐπὴν σπουδὴ [...].

Quintilian, *Institutio oratoria* 6,3,1-5 (ed. M. Winterbottom)

Quanta sit autem in ea [sc. uirtute risus mouendi] difficultas uel duo maximi oratores, alter Graecae, alter Latinae eloquentiae princeps, docent: 2. nam plerique Demostheni facultatem defuisse huius rei credunt, Ciceroni modum. [...] 3. Noster uero non solum extra iudicia sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimius risus adfectator. Mihi quidem, siue id recte iudico siue amore inmodico praecipui in eloquentia uiri labor, mira quaedam in eo uidetur fuisse **urbanitas**. 4. Nam et in sermone cotidiano multa et in altercationibus et interrogandis testibus plura quam quisquam dixit facete [...] 5. Vtinamque libertus eius Tiro, aut alius, quisquis fuit, qui tris hac de re libros edidit, parcius dictorum numero indulgissent et plus iudicii in eligendis quam in congerendis studii adhibuissent [...].

Quintilian, *Institutio oratoria* 6,3,48 (ed. M. Winterbottom)

paene et ipsum scurrile Ciceronis est in eundem, de quo supra dixi, Isauricum: „miror, quid sit, quod pater tuus, homo constantissimus, te nobis **varium** reliquit.“

Horaz, *Satiren* 1,1 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

cetera de genere hoc adeo sunt multa, loquacem

13

delassare valent Fabium. [...]

[...]

est inter Tanain quiddam socerumque Viselli,

105

est modus in rebus, sunt certi denique fines

quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Horaz, *Satiren* 1,10 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

nec tamen hoc tribuens dederim quoque cetera; nam sic 5

et Laberi mimos ut pulchra poemata mirer.

ergo non satis est risu diducere rictum

auditoris (et est quaedam tamen hic quoque virtus):

est brevitatem opus, ut currat sententia, neu se

impediat verbis lassas onerantibus auris; 10

Horaz, *Satiren* 1,4 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

Eupolis atque **Cratinus Aristophanes**que poetae
atque alii quorum comoedia prisca virorum est,
si quis erat dignus describi, quod malus ac fur,
quod moechus foret aut sicarius aut alioqui
famosus, multa cum libertate notabant.

5

[...]

„faenum habet in cornu; longe fuge. dummodo risum
excutiat, sibi non, non cuiquam parcat amico;
et quodcumque semel chartis illeverit, omnis
gestiet a furno redeuntis scire lacuque
et pueros et anus.“ [...]

35

[...]

[...] „Laedere gaudes“

78

inquit „et hoc studio pravus facis.“ [...]

[...]

[...] Liberius si

103

dixero quid, si forte iocosius, hoc mihi iuris
cum venia dabis. insuevit pater optimus hoc me,
ut fugerem exemplis vitiorum quaeque notando.

105

Horaz, *Satiren* 1,1 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

Praeterea, ne sic ut qui iocularia ridens 23

percurram – quamquam **ridentem dicere verum**

quid vetat? ut pueris olim dant crustula blandi 25

doctores, elementa velint ut discere prima –,

Horaz, *Satiren* 2,1 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

„Sunt quibus in satira videar nimis acer et ultra

legem tendere opus. sine nervis altera quidquid

composui pars esse putat similisque meorum

mille die versus deduci posse. Trebati,

quid faciam? praescribe.“ „Quiescas.“ „Ne faciam, inquis,

5

omnino versus?“ „Aio.“ „Peream male si non

optimum erat. verum nequeo dormire.“ [...]

Horaz, *Satiren* 2,1 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

[...] sed hic stilus haud petet ultro 39

quemquam animantem et me veluti custodiet ensis 40

vagina tectus; quem cur destringere coner

tutus ab infestis latronibus? o pater et rex

Iuppiter, ut pereat positum robigine telum

nec quisquam noceat cupido mihi pacis! at ille

qui me commorit (melius non tangere, clamo) 45

flebit et insignis tota cantabitur urbe.

Horaz, *Satiren* 2,1 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

„sed tamen ut monitus caveas, ne forte negoti
incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum. 80

si **mala** condiderit in quem quis **carmina**, ius est
iudiciumque.“ „Esto, si quis mala; sed bona si quis
iudice condiderit laudatus Caesare? si quis
opprobriis dignum latraverit integer ipse?“ 85

„Solventur risu tabulae, tu missus abibis.“

Horaz, *Satiren* 2,1 (ed. D.R. Shackleton Bailey)

„sed tamen ut monitus caveas, ne forte negoti
incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum. 80

si mala condiderit in quem quis carmina, ius est
iudiciumque.“ „Esto, si quis **mala**; sed **bona** si quis
iudice condiderit laudatus Caesare? si quis
opprobriis dignum latraverit integer ipse?“ 85

„Solventur risu tabulae, tu missus abibis.“

Horaz, <i>Satiren</i> 1,5 (ed. D.R. Shackleton Bailey)	
hinc nos Coccei recipit plenissima villa,	50
quae super est Caudi cauponas. Nunc mihi paucis	
Sarmenti scurrae pugnam Messique Cicirri,	
Musa, velim memores, et quo patre natus uterque	
contulerit litis. Messi clarum genus Oscii;	
Sarmenti domina exstat: ab his maioribus orti	55
ad pugnam venire. prior Sarmentus: „equi te	
esse feri similem dico.“ ridemus, et ipse	
Messius „accipio,“ caput et movet. „o tua cornu	
ni foret exsecto frons“ inquit, „quid faceres, cum	
sic mutilus minitaris?“ at illi foeda cicatrix	60
saetosam levi frontem turpaverat orbe.	
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,	
pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat:	
nil illi larva aut tragicis opus esse cothurnis.	
multa Cicirrus ad haec: donasset iamne catenam	65
ex voto Laribus, quaerebat; scribe quod esset,	
nilo deterius dominae ius esse. rogabat	
denique cur umquam fugisset, cui satis una	
farris libra foret, gracili sic tamque pusillo.	
prorsus iucunde cenam producimus illam.	70

Vielen Dank für Ihre Aufmerksamkeit!